



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

1. Ad absolutionem requiritus jurisdictio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

sus papales.

XI. Absolutio circa heresim.

I. Ad validam [A] peccato-  
rum absolutionē necessaria pror-  
sus est cuique Confessario iurisdi-  
ctio interna [B] seu ad forum con-  
scientię spectans in personam [C]  
& peccata pœnitentis, vel ordina-  
ria, vel ex commissione.

[A] De fide ex Conc. Florentino &  
Trid. Sess. 14. c. 7. quoniam na-  
tura & ratio iudicij exposcit, ut  
sententia in subditos duntaxas  
feratur, persuasum semper fuit in  
Ecclesia, nullius momenti absolu-  
tionem eam esse debere, quam Sa-  
cerdos in eum profert, in quem oī-  
dinariam, aut subdelegatam non  
habet iurisdictionem, confertur  
enim Sacramentum pœnitentie  
per modum absolutionis judicialis,  
in qua ipsa etiam forma consistit,  
quaे valida non est, nisi in iudi-

643

cando adsit autoritas & iurisdi-  
ctio. [B] est autoritas quædam in  
alium tāquam inferiorem & sub-  
ditum, sātem in actu iudicandi,  
absolusendi & ligandi in foro con-  
scientiæ. [C] inde et si Confessarii  
in personā haberet iurisdictionem,  
namen si in peccata, quia sunt, v.g.,  
reservata, aut viceversā, non ha-  
bet, absoluere pœnitentem non po-  
test, & in valida sequeretur abso-  
lutio. Didacus Nugnus. 3 p. D. Th.  
q. 20 a. 2 de pœnitentia.

II. Ordinariam Iurisdictionem  
habent omnes pastores Ec-  
clesiæ, principaliter Sum. Ponti-  
fex in uniuersam Ecclesiam, im-  
mediatè [A] à Deo, deinde Archi-  
episcopi [B] tām in suam, quām  
durante Visitatione suorum Epi-  
scoporum Diœcésin. Episcopi in  
suo Episcopatu. Parochi in suis  
parœciis Prælati Religionum in  
suis Collegiis, seu Monasteriis,  
qui